



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

33. Executoribus quibus assimilentur & comparentur procuratores sancti
Marci Venetiarum. An porrò sint legitimi. num. 34. distin. num. 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

commissarijs † sancti Marci procuratores as- 33
 simulantur, vtrum testamentarijs, an verò le-
 gitimis, seu datiujs? quæ quæstio noua est, &
 per doctores præscriptos non attentata, &
 ardua videtur existere, quia plerunq; in testa-
 menti ipsi pro executoribus deputantur, &
 sic videntur esse testamentarij.

† In contrarium verò apparet, quod sint 34
 legitimi: quia ex senatusconsultis & legibus
 Venetis furnitores vltimarum sunt volun-
 tatum.

Inde verò, quod sint datiujs, practica com-
 munis ostendit: qua ex decreto suorum iudi-
 cum statuuntur alicuius vltimæ voluntatis
 executores ac commissarij: & consequenter
 pupillorum gubernatores. Ego hac in re pro
 veritate habenda sic distinguerem. † Quod si 35
 per vltimam voluntatem commissarij, vel
 executores relictj sunt, quod testamentarij ap-
 pellentur: seruareq; debebunt omnia, quæ de
 testamentarijs executoribus supra descripta
 sunt. Si verò in vltima voluntate nominatè
 vocatiq; non sunt, hi per leges patriæ vocati,
 ad perficiendum testatoris iudicium, legitimi

IOAN. IACOB. à CANIBVS

executores commissarij q̄ dicentur: omniaq̄
seruabunt, quæ sup. de legitimis executorib. ex-
pressa sunt. Sin autem peregrinis iudicibus
Venetis, quibus hoc dandi potestas est, se sua
sponte subiecerit, petieritq̄ antè dictos procu-
ratores per ipsos iudices commissarios execu-
torèsue creati atq̄ decerni: crederem tunc il-
los datiuos posse censerì: ex quo testamentarij
dici non possunt testamento, vel voluntate de
ipsis nullam mentionem faciēte. Et etiam tunc
nulla lege decernēte ipsos esse legitimos: quan-
doquidem lex Veneta de peregrinis non loqui-
tur, nec debet intelligi, talesq̄ commissarij
hoc casu seruabunt, quæ suprà de datiuis exe-
cutoribus expressa sunt: illis tamen casibus
semper exceptis, in quibus per eorum leges &
approbatas consuetudines specialiter
prouisum est.

L A V S D E O.



TRA-